



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 41. De diuortio,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

Item mulier que dicitur diues est, videtur tacite acce-  
dem dote constituenda: si non totius patrimonij eius-  
dem mulieris, saltem partis illius iuxta viri dignitatem.  
Authores hāc doctrinā tenentes plures refert idem ibi-  
dem numero 9. & in precedenti lib. t. disputat. 60. nu-  
mero 2.

Postrema conclusio. Si dos soluta perierit casu fortui-  
to, non cessare in marito obligationem alendi vxorem,  
eius casibus fortuitis, humanum est ipsum participem es-  
se. Si dos perierit culpa vxoris: ut cum publicata est ob  
aliquid ipsius delictū, non tenetur maritus eam alere:  
quia perinde est ac si dos ipsa soluta non esset. Quamquam  
si ea, ne quidem à parentibus possit necessaria alimenta  
habere, amor coniugalis & nexus matrimonij tam arctus,  
exiget ut à viro alatur, ne fame pereat.

**QVINTVM DVIVM.** An vxor tenetur sequi vi-  
rum mutantem habitationem; vel contra vir sequi vxo-  
rem? Hoclate tractat Sanchez lib. i. De matrim. disputatione 40.  
& 41. Explicatur autem his propositionibus.

Prima est. Virum teneri feruare fidem vxi, quae con-  
traxit cum eo addita conditione, quod teneretur in certo  
oppido morari, nec alia habitationem suam transferre. Ra-  
tio est: quia ex cap. Verum De conditione, appositis quinque  
potest in traditione rei sua, p. cl. in interponere. Er-  
go & in traditione sui per matrimonium. Cui ratione, a  
alias Sanchez addit in eadem disputatione 40. num. 2. Subiungens  
num. 3; exceptionem: nisi superueniat noua iusta causa  
causa, ob quam necessarium sit virum alio proficisci; ut capi-  
tates inimicite, vel loci infelicitas. Princips imperium  
compellens virum migeare alio, aut necessitas tuendi rem  
familarem; cui viri & vxo ris communione operari sub-  
veniri, exigit coniugalis societas. Namq; p. cl. etiam si  
iuramento confirmatus, intelligitur excluso causa in quo ipsum  
ratione aduersa retur: cuiusmodi censentur causi in exem-  
plum alii.

Hic QVÆRI potest. An si vir vxo ri faciat liberatum  
potestatem non sequendi, ipsa nihilominus velit sequi,  
tenetur illam secum transferre? Ad quam questionem  
idem Sanchez lib. 9. disput. 4. respondet distinctione:  
nempe non teneri si nullibi sit notabile moram factu-  
rus, ad diuersa negotia, diuersis in locis peragenda, profi-  
ciscens: quia mulier tale quid irrationabiliter vellet, cum  
nequeat fieri sine notabili impedimentoo itineris faciendo,  
& magnis expensis, ac dedecore; cum dedecet stemmam  
taliter peregrinari nulla iusta de causa. Teneri autem, si al-  
cubit sit diu habitandum, suppetant; illi expense ad tran-  
ferendam requisita: quia tunc vxor rationabiliter vult  
suum virum comitari. Sicque in cap. Quod super, De vo-  
to in fine, habetur virum euntem in subdium terrarum san-  
cta, teneri ducere vxorem non lenitem remanere.

Seconda propositio. Quando nullum pactum est in  
contrarium, vxor tenetur sequi vium alio transferentem  
suum domicilium. Hac habetur ex cap. Vnaquaque 13.  
quaest. 2. Et confirmatur; quia cum debeat coniuges co-  
habitar ad exhibendum sibi mucuum obsequium, mu-  
lier sane virum (qui est caput ipsius, & cui subdita est sicut  
Dominus, ad Ephes. cap. 5.) sequi debet ad cohabitati-  
onem: idque sub mortali, vix Nauarro & quibusdam aliis  
habet Sanchez in priu. citata quaest. 41. num. 1. Addens  
consequenter alias citatis, id adeo verum esse, ut nulla alia  
consuetudo, r. angua iuri diuino aduersa, excusare possit. Pa-  
titur tamen excusationem in causa in quo vxor nequirit  
absque graui detimento animas vel corporis virum suum  
sequi: vt si vellet eam tali ratione ad peccatum pertrahe-  
re, vel eam exponere magno vite periculo. Nam prae-  
ceptum naturale eritandi peccatum, aut tuendi vitam vr-  
gentius est, quam præceptum diuinum positivum, coha-  
rendi viro.

Caterunt de difficultate fatis graui, An vxor tenetur  
sequi vium cum in exilium missus, compellit domi-  
cillum mutare: Sanchez in viramque partem ibidem num. 11.  
authores citans, affirmantem iudicat probabilitatem: quia  
vxor debet vihi infortunium ferre, ob initiam per matri-  
monium in se parabilem vitam societatem, sequi ipsum quā-  
do ex necessitate & ineuitabili causa migratio. Nec ob-

stat quod ipsa sit innocens: quia non subit tale infortu-  
niu m tanquam penam, qua puniatur exilio, sed tanquam  
onus ad quod ferendum tenetur lege matrimonij.

Tertia propositio est, pro qua in precedente num. 6. plures au-  
thores idem citant. Si vir tempore contracti matrimonij va-  
gari non solebat: aut si solebat, mulier ignorabat: hanc  
non teneri illum sequi. Si autem solebat vagari, nec id  
latebat mulierem, hanc teneri sequi. Prior pars probatur, quia  
quaerit si alibi magna difficultate & periculo anima vel  
corporis possit se viro exhibere sociam, non erit locus ex-  
cusationis ab obligatione, quam habet marito cohabitandi,  
ex legem matrimonij. Posterior vero pars probatur: quia  
mulier sciens vii mores dum contraxit, tenetur eos approba-  
re, & se obligasse ad omnes accommodandi se illi: at-  
que adeo ad vagandum cum eo: nisi tulpi aliquia de causa  
vagaretur: tunc enim peccaret vagando, Ideoq; vxor non  
teneretur, imo nec deberer peccanti consentire, ipsum se-  
quendo.

Porro differentia est inter virum & vxorem, quoad ob-  
ligationem cohabitandi. Nam cum vir sit caput, eiusdem  
que sit gubernare: potest ad libitum eligerem domicilium,  
& vxor tenetur eum comitari, dummodo non eligat ex  
causa turpi & in honesta: in quo ei tanquam peccanti a-  
sentendum non esset. Vxor vero cum subdita sit, nequit  
habitationem eligere, & virum ad sequendum se cogere.  
Quamquam si contingit necessitate coactam, ut damnata  
exilio, domicilium mutare, sus matrimonij compelli-  
lens virum cohabitare vxori, consequenter compelleret, ut  
eam tunc comitetur; quia id requiretur ad mutua ob-  
sequia coniugalia, ad quae vterque coniux pariter obliga-  
tur.

## CAPUT XL.

## De diuortio.

## S V M M A R I V M.

- 313 Quid sit diuortium, & quot modis fieri possit.  
314 Ob fornicationem p. viralem, seu heresim vel apostasiam, po-  
test fieri diuortium perpetuum.  
315 Diuortium fieri potest ad tempus iusta de causa: quales sunt  
inductio ad peccandum, & securia viuis coniugis quando-  
duram.  
316 Notanda de securitate prout est causa in statu diuortii.  
317 Malum quod timerit debet esse graue, ut securitatem constitueret:  
& quatenus possit maritus vxorem verberare.  
318 Alio causa iste diuortii, quae in viuierum reducuntur ad no-  
tabilem perniciem anima vel corporis.

D E diuortio late totu. libro 10. Sanchez. Sed in read  
forum externum præcipue spectante breviore est  
minus.

Estantem diuortium separatio mariti & vxoris legitima-  
m, id est, non sine lege & ratione facta. In eoque, sicut &  
in obligatione & fide matrimonij, partes sunt vir & coniuga-  
na: pro quo canones & authores magno numero Sanchez refert  
disputatione 3. num. 6. Vt enim de viro non dubitatur, qui possit  
ab uxore adulteria diuertire iuxta verba Domini Matth. 5.  
Qui dimisit virum suum excepta fornicationis causa,  
&c. ita nec de viro dubitandum esse, quin diuertere pos-  
sit à viro adultero: pater ex eo quod in priori ad Corinth.  
cap. 7. vers. 11. tali de causa discedentem à viro, Apostolus  
non cogat ad eum redire: sed illi det optionem, aut re-  
detundit aut continebit.

Porro tripliciter fieri potest diuortium. Primo, quoad  
vinculum matrimonij, per alterutius coniugis professio-  
nem in aliqua religione approbata, cum matrimonium  
nondum fuerit consummatum. Vide dicta precedenti  
num. 36. Secundo, quoad thorum, seu carnalem copulam  
tantum: ad quā spectant dicta in superiori capite 39, quo-  
ad causas ob quas non teneruntur non debet coniux alteri  
debitum reddere. Tertio, quoad thorū & habitationem

simul: quae ratione spectat ad hunc locum: & fieri potest tum in perpetuum. tum ad certum tempus, prout definit Concil. Trident. sciss. 2.4. can. 8. his verbis: Si quis dixerit Ecclesiam errare cum ob multas causas, separationem inter coniuges quoad habitationem ad certum incertum tempus, fieri posse decernit, anathema sit.

Atque in perpetuum fieri potest ob fornicationem siue carnalem, siue spiritalem. De carnali enim constat ex verbis Domini supra citatis, & illis alius Matth. 19. Qui cumq; dimiserit vxorem suam nisi ob fornicationem, &c. Atque ex multis canonibus, 32. quæst. 7. & ex cap. Significasti, &c. cap. Exlicitis De diuortiis. Item ex eo quod fornicatio pugnat cum fine matrimonij, qui est bonum fidei, cuius meminimus in praecedenti cap. 9. Et quod matrimonium foet onus intollerabile, si coniugi fornicanti cohabitare necessarium esse; ut satis ostendunt inquietudines & angores eorum qui laborant zelotypia.

314.

**D E F O R N I C A T I O N E** vero spirituali, hoc est de hæresi & multo magis de Apostolâ fide, patet ex cap. Idolatria, & ex cap. Non solum 28. quæst. i. itemque ex cap. 2. & ex cap. Quanto de Diuortiis, ac etiam ex finali De hereticis, ubi in vniuersum liberantur à debito fidelitatis dominij & toris; obsequij quicunque lapidis manifeste in hæresim, aliquo pacto tenentur adiuncti. Denique ex eo quod Apostolus ad Tit. 3. precipiat generatio (neque parentem neque coniugem excipiendo: & merito, cum ex talium consuerendum & familiariitate maximum immineat periculum peruersonis) hominem hereticum post unam & secundam correptionem esse deuitandum: propter periculum scilicet peruersonis: si quidem sermo illius iuxta eundem Apostolum in posteriori ad Timoth. 2. vt cancer serpit. Id quod locum etiam alias habet, quoties vnius coiux, siue vir, siue femina, alteru siue cogenendo, siue allicioendo, ad peccatum pertrahit, neque alter potest cum illo habitare sine periculo probabilis offendendi Deum: tunc enim innocentia licet quamdiu securus non est, ab eodem diuertere, non expectata Iudicis sententia: quia sicut per hæresim, sic & per alia peccata mortalia incurritur anima mors, iure naturali & diuino formidanda magis, quam mors corporis. Adeo ut Dominus Matth. 18. admonuerit, Si oculus tuus scandalizat te, erue eam & proice abs te: significans ex D. Hieron. in eum locum: quod siij qui nobis coniuncti sunt & chari ad instar oculorum, vt parentes, filii & vxor, nobis sint causa ruinatur, ab eis sit recedendum. De his latius tractat Sanchez disput. 17.

Ex quo ibidem in num. 5. adde differentiam esse inter hæresim & alia crimina, quod in illa non sit expectandum ut hereticus coniux Catholicum pervertere nitatur, sed illo existente in sua pertinacia, huic licet ab ipso redere. In his vero expectandum sit, ut coniux deditus talibus, ad ea inducere moliantur. Cuius differentia ratio reddi potest: quod pertinax in hæresi propensus sit ad perfringendos suos in eam, ut conductem ad eorum salutem: non item infectus aliis criminibus, à quibus potius, ut anima disciplinæq; domesticæ perniciose, suos auertere conabitur.

315.

Iam quod ad certum tempus fieri possit diuortium, colligitur ex cap. Ex transmista, & ex cap. Literas in fine Disput. spoliata. Ratioque in promptu est: quia constat ex dictis, diuortium fieri posse. Ergo vel ad tempus, & sic habetur intentum: vel in perpetuum. Quo concessio, maiore ratione concedendum est, posse fieri ad aliquod tempus iusta interveniente causa; qualis est antem memorata inducitio ad peccandum pro tempore quo ea durat. Itemque sauitia vnius coniugis donec cautionem Iudicis arbitrio sufficiem dederit, de non offendendo altero. Id quod concedi ab omnibus Sanchez testatur disput. 18. num. 2. tanquam decisum in antememoratis capitulis.

316.

**D E E O** autem notanda sunt, quæ idem citatis auctoribus subiungit. Primum est, propria auctoritate posse vnum coniugem discedere ab altero ob sauitiam, si non det ei securitas cautionem, prudentis iudicio sufficientem: siue pignoratiam & fideissloram, siue iuratoriam. De qua re pluribus idem in eadem disput. 18. quæst. 2. In cuius fine

admonet talen cautionem datam non obstat, quin licet viro uxori moderate punire sicut antea licet: quia in tali punitione nulla est atrocitas: nec consentaneum est maritum sinere vxorem delinqueret omnino impune.

Secundum est, tali cautione deficiente, coniugem si bi merito ab altero: ius sauvitatem sic posse diuertere, vt non teneatur illi coniugale debitum reddere: quia ob culpam suæ sauvitæ piuatuor confortio maritali. Idque locum habere etiam timens sibi ab alterius sauvitia, eidem dederit causam sauvendi: intelligitur ex eo, quod in cap. De Benedicto 32. quæst. prima, iubetur adultera relitui marito, prestita cautione non offendendi eam.

Tertium est, vt sauvitia quæ sit in ista diuortijs causa interuenire censeatur, requiri ut malum quod timetur sit grave: quale scilicet exigitur ad metum viri constantis. Diu. tuum enim, res est grauissima, ideoque fieri non deber ob qualemcumque metum; ne ipsum passum sit in vñ: cum rari sint coniuges inter quos non orientur aliquæ discordiae, ex quibus aliqua leuia mala sibi merito timeant. In grauia in autem malorum numero, in praeced. quæst. i. idem auctor ponit: primo, molestam cohabitationem ob discordias, iuria que grauia & frequentia inter coniuges. Secundo, minas viri soliti eas exequi. Tertio, crudeliter verberationem, seu excedentem limites correctionis viroris, marito concessas, nisi ea contingit; casu, seu viri insolito perturbatione motu: neque probabili, sed vanus carensque iusto fundamento timor subdit talis punitionis usurpandæ in posterum: aut si subficit, daretur sufficiens cautio, iuxta cap. Transmisla, & cap. Literas, De diuortiis.

Aduerte vero, quod idem ibid. habet num. 16. Verberare vxorem, maritu permisum esse tantum raro, virgentique de causa, ac id moderate, non autem acriter; ne quidem si delicti qualitas acrem punitionem mereatur: quia talis punitione tanquam iuridica, relinqua est Iudicis; ad quem spectat non autem ad maritum, cuius specie vxoris & filiorum reliquæque familiae, incumbit tantum punire ad priuatam correptionem & emendationem delinquentis; non autem ad vindictam delicti: quæ potestis est publica.

Postremum est: quando Iudex Ecclesiasticus absolvit diuortij sententiam dedit, eo quod desperatur de sequentis correctione, nec dari poterit cautio sufficiens, per quam alter tufo cum eo commoratur, integrum esse huic illo iusto religionem ingredi, quia diuortium est perpetuum. Vide eundem in sequenti numero quadraginta monono:

**A L I A S C A V S A S** particulares refert Gregor. à Valent. tom. 4. in D. Thomam, disput. 10. quæst. 4. punct. 2. col. 2 post Couarr. in Epitome 4. Decretal. parte 2. cap. 7. §. 5. & Nauarr. in Enchirid. cap. 22. num. 22. In vniuersum autem vt post. Palud. in 4. dist. 39. quæst. synica art. 3. notat Syluest. in verbo diuortium, quæst. 6. dici potest, quod omnia illa crimina quæ vergunt in perniciem corporalem vel spiritalem coniugis notabilem, censeantur cause sufficietes diuortij quamdiu non corruguntur. Atque prioris generis sunt ex Soto, in 4. dist. 39. sub finem, quæ exprimitur in lege Confessio Cod. De repudiis. Si vxor sit beneficia, à cuius beneficio sibi non immerto vir timeat: aut sibi libertorum interfictrix: aut substantiam mariti deprædetur, nec remedium aliud quam diuortij adferri possit & antememorata sauvitia matit, ac mors intentata coniugi. De quibus Sanchez in eadem disput. 18. num. 22. Ex quo in praeced. nu. 21. Adde crimen viri incorrigibilis, per quod vxor exponitur periculo mortis, vt si viro latrociniis dedicato & incorrigibili existente, vxor aduertar se periclitari, ne tandem cum eo mulieretur morte, tanquam furti confitientis, & eorum receptati: non enim cum tanto corporis periculo tenetur cum eo habitere.

Posterioris vero generis sunt, Si coniux coniugem ad latrociniâ, adulteria, aut alios corruptos mores trahere moliretur, ob que coniux innocens ruinam timens, siue ratione coactionis alienæ, siue ratione fragilitatis propriæ, vi habet ibidem Sylvest. non tantum potest, sed etiam debet

sc. a

se à innocentem separare, ex cap. Quæsuit, De diuortiis, iuxta illud Matth. 5. Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proice abs te &c. Si quis vero, addit Sylvestr, propter alterius coniugis crimina, perniciem corporis vel anima non timeat sibi probabiliter; non debet illum defere, nisi crimen sit fornicatio carnalis, ob quod eriam scelus commissum, scita est dimissio, iuxta verbum Domini Matth. 5. sub initium huius capituli relatum. Qui dimiserit vxorem suam excepta fornicationis causa] vel nisi sit fornicatio spiritualis, in qua nocens per se ueretur incorrigibilis, iuxta dicta in praed. num. 31. 4. de illius in hac re differentia à ceteris criminibus.

## C A P V T X L I I .

*De notandis in particulari circa diuortium ob fornicationem carnalem.*

## S V M M A R I V M .

- 319 Nomen fornicationis accipi potest tum proprie, tum communiter: & quomodo in hac re accipi debeant.  
 320 Et que ab eo excludi debeant.  
 321 Causa in quibus fornicatio non est causa sufficientis diuortii: & peculiarter nota de eo causa in quo vterque coniux reus est illius criminis.  
 322 De causis condonacionis, & occasione adulterii data ab altero coniuge.  
 323 De causa admisi adulterii per vim, aut aliter absque peccato, aut in quo adulterium ipsum est incertum.  
 324 Modus observandus in diuortio.  
 325 Personam adultera, etiam latra in eam iusticia sententia, non potest à se dimittere personam innocentem si velit ei cohabitare.  
 326 Aliquot conclusiones quibus respondeatur ad questionem, An adulterio post sententiam diuortii datum à iudice, possit statim mutare ingrediendore religionem, aut suscipiendo sacros Ordines.  
 327 De eo quod innocentia licet sit ad religionem aut sacros Ordines transire inuito adultero.  
 328 Non tenetur vir vxorem adulteram ad pristinam amicitiam admittere, etiam si id eliceat.  
 329 Duo causas excepti, qui non habent locum in vxori respectu viri: & interdum, nec in viro respectu vxoris.  
 330 Si coniux innocens post factum diuortium adulteretur, non tenetur ante compulsionem iudicis, adulterio reconciliari.  
 331 De reconciliatione adulteri que sit facta, & primo de ea que sit per innocentiam carnalem cum eo copulata.  
 332 De ea que sit retinendo propria sponte adulterum, & de ea que sit exhibendo se illi familiarem.

319. PRIMVM NOTANDVM EST: Nomen fornicationis carnalis usurpari tum proprie, p: o carnali copula soluti: cum soluta: tum communiter, in illa faciliter generali significatione, que in cap. Meretrices 32. quæst. 4. pronuntiat his verbis Si fuit nomine bene intelligitur omnis illicita usurpatio re alienæ: non enim rapinam permisit qui futurum prohibuit: sed vtique à parte totum intelligere voluit, quidquid illicite rerū proximi afferetur: profecto nomine mœchia omnis illicitus concubitus acque illorum membrorum non legitimus usus, prohibitus debet intelligi. Hæc ibi.

Difficultatem esse vero, qua acceptio in hac re sumi debeat. Ad cuius explicationem Sanchez multa adfert lib. 10. disput. 4. Sufficiat autem quod ille num. tertio circa medium approbat, debere quidem sumi in generali significatione, sed cum limitatione ad fornicationem, in qua ratio perfecta diuortii, tanquam in radice clauditur: qualis est, ut Satis in 4. disput. 36. quæst. viiiia artia 4. immediate ante 2. conclusionem bene notat, omnis concubitus quo coniux illicite coeundo diuinit carnem suam in aliud, vel in aliud. Cum enim matrimonium eo tendat, ut coniuges efficiantur vna caro, iuxta illud Genet. 2. Et erunt duo in carne vna: matrimonij fidem coniux perfecte consummateque violat, qui carnem suam in aliud, vel aliam diu-

dit: indeque oritur ius alterius coniugis diuertendi ab eo, quia fidem taliter frangenti, non tenetur fidem seruare, cohabitando ei, & coniugale debitum reddendo. Sicut enim coniugalis concubitus cum seminatione in vase debito requiritur ad viuionem qua coniuges sunt vna caro, ut habitum est antea num. 39. ita & ad divisionem qua coniux censendus est carnem suam diuisibile, requiritur similis eotius cum alio vel alia: hoc uno addito, quod nihil referat ad rationem fornicationis diuortio dantis causam iustum: siame seminatio in vase ordinario committendo propriæ diuortiatione: an in extraordinario, committendo nefandum scelus Sodomie: per quod cum cato coniugis vere diuidatur cum carne terciæ, ipsum est iuxta antedicta sufficientis causa diuortij. Sicque sentientes plurimos authores Sanchez refert in citata disput. 4. num. 13. idem in sequenti num. 14. assertens de belialitate ob param rationem, quod scilicet caro coniugis diuidatur cum carne bestia.

Negans autem in praed. num. 8. causam sufficientem esse diuortij perpetui, si vir vxorem in uitam Sodomice cognoscat carnaliter: sed tantum diuortij ad tempus, dum a tanto sceleri renuit abstinentem. Et in num. 9. & 10. nec etiam peccatum mollitie talem causam esse, quia neque per hoc, neq; per illud flagitium coniux diuidit carnem suam cum carne tertiae perlonæ, ea ratione qua predictum est. Et num. 12. ob eamdem rationem solos tacitus quantumlibidinosos, & cum animo peruenienti ad copulam carnalem habitos, ea non secuta, non præbere diuortio causam iustum. Non obstat vero, quod Sodomie cum coniuge pollutio sint contra naturam, & peccata grauiora adulterio: quia licet id sit, non repugnat tamen matrimonio ea ratione qua requiritur ad iustum causam diuortij: quia non diuidunt carnem coniugis, cum carne tertii.

SECVNDVM NOTANDVM, Septem causas esse à D. Thoma notatas ad cap. 7. prioris ad Corinth. lect. 2. in quibus non potest coniux dimitti propter fornicationem, nec debitum coniugale ei negari. Eos Summulari, refertur in libro Diuortium. Persequitur vero eisdem Sanchez in lib. 10. disp. 5. Primus est, quando coniugibus in infidelitate existentibus, maritus vxori libellum repudij dedidit, eaque alteri nupis, tunc enim, si ambo sacro fonte abundantur, tenetur vir eam in matrimonium resumere, ex cap. Gaudemus, in fine, De diuortiis.

Secundus causa est, quando vterque coniux est eisdem criminis reus, ut quando vterque adulterium perpetravit, ex cap. Significati De diuortiis, & cap. finali De adulteriis. De quo casu latius tractans Sanchez in sequenti disput. 6. docet primo, ad eum requiri ut de crimen vtriusq; liquidio pateat. Nec enim sufficere si de uno constet, & de altero dubitetur. Itemque, ut vtrumque crimen sit secundum antea dicta, sufficiens ad diuortium: cuius respectu alioqui non euunt paria: non esse autem necessarium ut vtrumque crimen sit eisdem specie quia id non obstat vtriusque & qualitatibus in ordine ad diuortium ipsum, quod ob vtrumque illud conceditur.

Docet 2. concl. 2. & 3. Nihil refertur ad eumdem casum, quod unus coniugum prius, & alter posterius commiserit adulterium: aut quod unus plura adulteria, & alter unum tantum commiserit. Ratio est: quia in iuribus, quibus fulcit propositus casus, ratio habetur tantum fractionis fidei; non vero prioritatis aut pluralitatis criminis, quo frater est: quodquidem crimen in uno coniuge talem esse, puta quo diuinit caro, non definit ex eo, quod alter simile anteaut plures commiserit.

Docet tertio concl. 4. Eumdem casum habere locum in foro penitentiali, etiam si adulterium unius occultum sit a solo Deo cognitum, & adulterium alterius sit publicum: quia, in illo foro non desideratur probatio: sed suffici sola rei veritas cognita: ita ut coniux cuius adulterium est occultum, nequeat in conscientia diuertere ab altero, cuius adulterium est publicum, perinde ac creditor non potest ad solutionem compellere eum cui nouit tantumdem se debere quidem, sed ita occulere, ut id contra ipsum in iudicio probari non possit.

Docet

320.

321.